



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ
Theologiæ summa continetur**

Petrus <Lombardus>

Mogvntiæ, 1632

Quando hæ claves dantur & quibus. A

urn:nbn:de:hbz:466:1-38829

QUANDO HÆ CLAVES DANTVR,
& quibus.

DISTINCT. XIX.

A

POstquam ostensum est, quæ sint claves Aposto-
licæ, & quis earum usus, superest inuestigare,
quando istæ claves dentur, & quibus. Dantur hæ
claves per ministerium Episcopi alicui in promo-
tione sacerdotij. Cum n. recipit ordinem sacerdo-
talem, simul & has claves recipit. Sed non videtur,
quod omnes vel soli sacerdotes has claves habeant:
quia plerique ante sacram ordinationem, scien-
tiam discernendi habent, plures post consecratio-
nem ea carent. Sane dici potest, quod alterum clau-
ium istarum, i. scientiam discernendi, non ha-
bent omnes sacerdotes: vnde dolendum est atque
lugendum. Multi enim licet indiscreti, atque sci-
entiæ, qua eminere debent, exortes, sacerdotij
gradum recipere præsumunt, vita & scientia eo
indigni: qui nec ante sacerdotium, nec post scien-
tiæ habent discernendi, qui ligandi sunt vel sol-
uendi. Ideoq; illam clauem in consecratione non
recipiunt, quia semper scientia carent. Qui vero
ante sacerdotium scientia discernendi prædicti
sunt, licet habeant discretionem, non tamen in eis
clavis est: quia non valent ea claudere vel aperi-
re. Ideoque cum promouetur in sacerdotem, clavem
discretionis recte dicitur accipere: quia & ante ha-
bita discretio augetur, & sit in eo clavis, vt ea iam
valeat ut ad claudendum vel aperiendum.

*Si alteram clavem omnes habeant scilicet potentiam li-
gandi & soluendi.*

B

Cumq; iam constet non o s sacerdotes illas duas
claves habere, quia scientia discernendi plerique
carent: de altera, i. potentia ligandi & soluendi
quaeritur, vtrum omnes sacerdotes eam habeant.
Quidam enim hanc potestatem putant illis solis
esse concessam, qui doctrinam simulac vitam Apo- *Matt. 16.*

Apolo-